

In festo omnium sanctorum

In illo tempore • Videns iesus turbas ascendit in montem 2c.

Hoc euangelium cum sua postilla que re infra de pluribus martiribus

In festo sancti martini.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis • Sint lumbi vestri percincti 2c.

Hoc euangelium cum sua postilla que re infra in comuni sanctorum de confessoribus

In festo sancte Katherine.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis parabolam hanc • Si mile est regnum celorum thesaurum absconditum in agro 2c.

Hoc euangelium cum sua postilla que re infra in comuni sanctorum de virginibus

Cetera de sanctis euangelia cum ipsorum postilla vide in comuni sanctorum

Incipit postilla de comuni sanctorum et primo de apostolis

In illo tempore dixit iesus discipulis suis • Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos • Maiorem autem dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis • Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis • Jam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius

vos autem dixi amicos quia omnia que cumque audivi a patre meo nota feci vobis • non vos me elegistis • sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis • et fructus vester maneat • Et quodcumque peccaveritis patrem in nomine meo det vobis

Postilla.

Hoc est preceptum meum ut diligatis 2c. Ioh. xv. Hoc euangelium dixit dominus iesus anno eius xxxiiij. ix. kal. april. feria. v. cene domini. luna. xiiij. inditione. vij. Ante initium illius evangelii scribit sanctus Ioh. in eodem. c. quod christus dixit discipulis suis. Ego sum vitis vera et vos palmites. qui manet in me et ego in eo. habet fructum multum. quia sine me nihil potestis facere. Tunc sequitur euangelium hodiernum. **Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem Igo. non verbo vel lingua tantum sed opere et veritate (sicut ego dilexi vos) quod ipse opere dilexit eos. monstrat cum dicit (Maiorem charitatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis) Igo. quod. nihil plus potest facere quam vitam dare. quam omnibus est charior. ut patet Ephe. v. Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis. Item hierem. xij. Reliqui domum. dimisi hereditatem meam in manus inimicorum eius (vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis) (Igo. ex amore ut amici non ex timore ut servi) (Iam non dicam vos servos) (Igo. timore servili subiectos esse) (quia servus nescit quid faciat dominus eius) (Igo. hunc videmus in humanis**